



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurrentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad Quæst. XXXIV. Addtio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst. XXXIV. *Additio.*

Exempti an teneantur Episcopo ad jus reverentiale? ultra distinctionem *Putei* *decif. 114. part. 3.* inter exemptionem simplicem sive ordinariam, & plenam sive omnimodam, Rota etiam distinxit duas species reverentiae, sive juris reverentialis, ut aliud sit jus reverentiale debitum ratione jurisdictionis, & in hoc debeat intelligi distinctio supradicta, aliud verò jus quod debetur ratione dignitatis, quod nunquam tollitur per quamcunque exemptionem. *Rota in Casaraugustana praeminientiarum 29. Novembris 1627. coram Coccino qua est decif. 111. num. 16. par. 5. rec.*

Ad Quæst. 40. part. 4.

DECISIO CV.

Petens absolvi ad cautelam à sententia excommunicationis Episcopi, à quo dicit se exemptum non auditur, nisi probet aliquam de exemptione.

Est Decisio 6. de sent. excomm. in no-vis.

Si quis petit se absolvi ad cautelam à sententia excommunicationis per Episcopum suum lata contra eum, post appellationem ab Episcopo interpositam, à cuius jurisdictione dicit se exemptum, & sic sententiam nullam, non est ei impendenda absolutio nisi primo aliquam, licet non plenè, doceat de exemptione, ne illudatur ordinariæ potestati, pro qua facit jus commune, & resistit agenti; *de restit. spoliar. C. ad decimas. l. 6. & in C. solet. de sent. excom. lib. 6. per Innocent. licet ibi Hostien. & Ioan. Andr. videantur declarare in partem oppositam; tamen omnes Domini decli-*

Kkk 3

nave-